

## Besondere Prüfung 2013 - Latein

6. September 2013

Arbeitszeit: 120 Minuten

### Jetzt reicht's aber!

*Cicero verurteilt in seinen „Reden gegen Verres“ dessen maßloses räuberisches Verhalten als Statthalter der Provinz Sizilien. Als Beispiel für Verres' unersättliche Gier nach wertvollen Kunstgegenständen schildert Cicero sein Vorgehen in der sizilischen Stadt **Thermae**. Dort widersetzt sich allerdings sein Gastgeber **Sthenius**, selbst Opfer von Verres' (**Verres, -is**) Übergriffen, der Absicht des Statthalters, auch kommunalen Besitz zu rauben:*

Accipite nunc, iudices, aliud Verris facinus!

Sthenius est Thermitanus<sup>1</sup>, antea multis notus propter summam virtutem summamque nobilitatem, nunc propter suam calamitatem atque istius<sup>2</sup> insignem iniuriam omnibus notus. Verres cum apud eum non solum Thermis<sup>3</sup> saepe fuisset, sed etiam habitavisset, omnia e domo eius abstulit, quae paulo magis animum cuiuspiam<sup>4</sup> aut oculos commovere possent. Sthenius arbitrabatur has iniurias hospitis aequo animo ferendas esse.

Interea iste<sup>2</sup> cupiditate illā suā notā signa<sup>5</sup> pulcherrima atque antiquissima Thermis<sup>3</sup> in publico<sup>6</sup> posita adamavit<sup>7</sup>. A Sthenio petere coepit, ut operam suam ad ea tollenda profiteretur<sup>8</sup>. Sthenius autem non solum negavit, sed etiam ostendit id nullo modo fieri posse, ut signa<sup>5</sup> antiquissima, monumenta P. Africani, ex oppido Thermitanorum<sup>1</sup> tollerentur.

Haec cum iste<sup>2</sup> posceret agereturque ea res in senatu<sup>9</sup>, Sthenius vehementissime restitit multisque verbis animos Thermitanorum<sup>1</sup> commovit: Repertus est nemo, qui non diceret mori melius esse quam pati monumenta maiorum ex urbe tolli.

[146 lW]

<sup>1</sup> **Thermitanus, -i** ein/der Thermitaner  
(Bewohner der Stadt *Thermae*)

<sup>2</sup> **iste, istius** gemeint ist jeweils **Verres**!

<sup>3</sup> **Thermis** in *Thermae* (Stadt auf Sizilien)

<sup>4</sup> **quispiam** (irgend)jemand

<sup>5</sup> **signum, -i** Statue

<sup>6</sup> **in publico** öffentlich, in der Öffentlichkeit

<sup>7</sup> **adamare** + Akk. Gefallen finden an

<sup>8</sup> **operam profiteri** Unterstützung zusichern

<sup>9</sup> **senatus, -us** hier: Gemeinderat (von *Thermae*)